



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis**

**Palma, Luis de la**

**Antverpiae, 1634**

Admodum Reverendo Patri In Christo P. Mvtio Vitellesco Præposito  
Generali Societatis Iesv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60472)

ADMODVM REVERENDO  
 PATRI IN CHRISTO  
 P. MVTIO  
 VITELLESKO  
 PRÆPOSITO GENERALI  
 SOCIETATIS IESV.



REVIS hic Tractatus,  
 qui iam in lucem  
 prodit, paucis praxim  
 & declarationem qua-  
 tuor Hebdomadarū Exercitiorum  
 spiritualium continens, pars est  
 primi mei Tomi, quem superiori-  
 bus annis de eadem materiâ pu-  
 blicaui.

A 2

blicaui.

blicauit. Et quia dicto meo Tomo integrum Exercitiorum spiritualium Libellum complecti non potui, quippe qui vix aliud quàm viginti Annotationes in eo explicauerim; operæ pretium me facturum iudicabam, si breuè ei hunc Tractatum iungerem, pro solatio subsidioque præcipuè nostrorum Patrum & Fratrum, diebus illis, quibus annuè per hæc Exercitia spiritus se refectioni dare consueuerunt. Hinc quatuor illas Exercitiorum Hebdomadas, pro octo illis diebus, in octo Meditationes, ex earum Hebdomadarum materiâ sumptas, & in totidem Praxes vel Institutiones distribui, quibus fructus qui ex Exercitiis hauriendus

dus

5

5  
dus est, & modus in eorum decursu seruandus declaratur. Difficili verò tunc Libelli huius editionem, quòd putarem intra paucos dies me totum Opus absoluturum, eodem scribendi stilo, quo inceperam; & eadem operâ fusiùs materias illas, quæ se necessariò erant oblaturæ, tractaturum. Sed cum hoc postmodum bonæ valetudinis defectus, & variæ ab obedientiâ occupationes non permitterent; vrserunt me varij ad Libelli huius, qui iam scriptus multorum manibus terebatur, & legitimè probatus erat, euulgationem; iudicantes æquum esse, vt fructus ille, quem ipsi inde retulerant, atque in sese fuerant experti,

A 3

perti,

perti, in omnes redundaret. Hæc est breuis illa summa, & exiguus Libellus, quem modò, pedibus R. P. V. aduolutus, eidem offero; humillimè supplicans, vt huic meæ audacię veniam dare dignetur; quam peperit desiderium efficiendi, vt omnibus innotescat thesaurus, quem Deus paruo illo Exercitiorum Libello nobis communicauit. Deus R.P.V. ita conseruet, prout tota nostra Religio eius operâ indiget. Madriti, XII. Martij M. DC. XXIX.

LVD. DE PALMA.

A D